



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Martini Lvtheri Piae Ac Doctae Operationes In Dvas  
Psalmorvm Decades**

**Luther, Martin**

**Basileae**

**VD16 L 5540**

Tunc loquetur ad eos in ira sua, & in furore suo conturbabit eos.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37005**

curam nostri habet, nos fluctuamus, sed ille sedet, ut non in atermū det fluctuationem iusto. Verum hoc totū adeo abscondite, ut nisi in cœlis sis, nō cognoscas. In terra, in aquis, in omnibus creaturis, pateris, abnegata est tibi ubiqꝫ & in omnibus spes auxiliū, donec fide & spe, omnia transiens, eum attingas, qui in cœlis habitat, tunc enim & tu habitas & in cœlis, sed fide & spe. Hic ergo ancora cordis nostri figenda est, in omnibus tribulationibus, qua ratione, ut non modo facilis, sed & ridicula sint mala mundi.

Tunc loquetur ad eos in ira sua, & in furore suo conturbabit eos.

Quod de Tautologia dictum est uersu proximo, & hoc uersu seruetur. Infat satis enim & dei contemptoribus, nihil satis dici potest: Ridet enim hastam & brantem Behemoth ille, Job. xlj. & astimat maleū sicut stipulā, reputar ferum quasi paleas, & as quasi lignū putridum: Non fugat eū uir sagittarius, infelix iam uertutur ei lapides fundē &c. Quis hic Tautologia forte nō esse uideat?

*Loqui deum  
in ira.*

Quando autem locutus est ad eos in ira sua, aut quæ fuit ira sua, utique, quādō irrisit eos, quod intelligemus, si quid sit loqui deū in ira sua sciremus. Hieremīx, xvij, dicit: Repente loquar aduersus gentem, & aduersus regnum, ut eradicem & destruam & disperdam illud &c. Ergo loqui in ira, est enī re, destruere, disperdere, hoc est, quod Iudax contigit, qui dixerunt: Nenō ueniant Romani & tollant locum nostrum, & gentem, melius est ut unis moriatur, ne tota gens pereat. Has inanes meditationes irrisit dñs, dum id quod impius timuit (iuxta Proverb.), uenit ei, & per Romanos eradicauit, destruxit, & disperdidit eos. Ira itaqꝫ & furor dei, fuit impetus Romanorum, sicut lxx dicit: Vx assur, uirga furoris mei, & baculus ipse est. In manu eius indignatio mea, Ad gētem fallacem (id est hypocritā & simulatricem) mittā eum, & ea populum furoris mei, mādabo illi &c. quæ uerba meo iudicio, oīno cōrū, exercitu dicta sunt. Quod enī dicit, Mandabo illi, hoc in isto uersu dicit, uertitur ad eos, quia mādato & uerbo dei, omnia fiunt. Ipse dixit & facta sunt. Quare hoc uerbum, loquetur, absolute accipēdū est, hoc modo: Loquitur, id est uerbo suo statuet, mādabit, ordinabit, sed quod sit, contra eos nō pro ei. Deinde non in misericordia, sed in ira. Nam loquitur & contra iustos & filios suos, dum mandat eis inferri Crucem & Mortem, Juxta illud, j. Reg. xvi. Dīs præcepit ei, ut malediceret Dauid &c. Sed in misericordia. Qz, si præpolūp, mutetur in, aduersus, & uerbum, loquetur, in uerbum, mādabit, clarior exi-  
tus: Tunc mandabit, aduersus eos in ira sua.

Nec solum destruet & disperdet eos, sed & conturbabit eos, quia foris pugna, intus paurore, eos consumpsit. Conturbat sane & filios suos, mīoqꝫ paurore exterret, sicut Christus in horto, sed in misericordia. Judæos uero, dum a Ro-  
manis uastarentur & occiderentur, perpetuo incipiente paurore conturbavit. Impossibile est enim, ut impius moriens, non expauescat a tempo paurore. Mitis fuisset poena si tantum uastati fuissent, sed qꝫ in ira uastati sunt, prooxēt, longe autem atrocissimum, quod in ira uastati & occisi etiam, in furore con-  
turbantur, & in sempiternum horrorem per mortem sunt protrusi. Nam uide  
*Poenē Chri-* catalogum poenarum horribilium, quæ Christicidis paratae sunt. Primum,  
*sticidarum.* amissa gloria, propter quam in Christum maxime infaniunt, fiunt ridiculum  
deo & omnibus, ubiqꝫ ignominiam sui spectantes, quod superbis & inādis,  
non leue malum est.

Dūnde

IN PSALMVM SECUNDVM.

21

Deinde amissis omnium rerum auxilijs, ustantur, radicantur, destruuntur,  
ut in corpore quoq; nullum sit eis solatium.

Tandem sumnum accedit malorum, q; tribulatio & angustia cōturbat ani  
mas eorum, aeterno pauore. Ita in fama, in rebus corporalibus in rebus aeternis  
plectuntur, nullaq; fit creatura, nec deus illis propitius. Obscurus, quis non mi  
seratur inimicis suis, quis non ploret pro eis, quis non omnia pro eis, nedum  
ab eis ferat, qui firmiter credat, hac intolerabilia mala illis imminere. Deinde  
uide ordinem.

Primum, ridentur & subsanantur, uersa eorum gloria in summam confusio  
nem (Hac enim extrema possessio est) deinde ustantur, exuti rebus & faculta  
tibus paternis, quae est altera possessio. Ultimo, terrentur pauore, ablata omni  
spe & fiducia in spiritu, quae est intima & nouissima possessio, atque hiū fiunt,  
tanq; puluis ante faciem uenti.

Atque iterum uides, impiorum poenam describi, pauorem & horrorem. Si  
cuit enim regnum dei est iusticia, & pax & securitas, ita necesse est, infernum  
esse peccatum, pauorem & horrorem.

Ego autē cōstitutus sum rex ab eo, super Zion montē sanctum eius.

Hic mutatur persona, nō enim de se Dauid loquitur, sed Christus. Hebreus  
uero patris personam sonat: Ego constitui seu ordinaui regem meum, super  
montem Zion, sanctum meum. Nec puto rem tanti esse momenti, ut propter  
uerbi cōtrouersiam digladiemur, cum uterq; sensus bonus sit, nisi q; hebreus  
textus tropo scripturā usitato magis conuenit, quo patri tribuitur autoritas,  
luxta illud psal. cix, Dixit dominus domino meo, sede a dextris meis. Et psal.  
lxxxviiij. Et ego primogenitum ponam illum, excelsum prae regibus terra. Sta  
pulen, putat dici posse: Ego autem unxi regem meum, nixus uerbo fidelium,  
Act. iiiij, ubi dixerunt: Cōuenerunt aduersum puerum tuum Iesum, quem un  
xisti. Sed uiderūt uerbum, unxisti, nō ex isto uersu, immo ex secundo sumpsiisse.  
ubi dixerāt, aduersus Christum eius, quod sonat, aduersus unctum eius, quod  
confirmandi affectu repetunt, Vere inquiunt, illi Christus & unctus est, quem  
tu unxisti, id est, Christum fecisti.

Illud pro mea paruitate sapio. Sanctum meū, nisi hebreus cogeret ad montem  
Zion copulari, non inepte ad Christum pertinere uidere, ut esset sensus: Ego  
constitui regem meum super Zion mōtem, nō quemlibet hominem, sed eum  
qui est sanctus meus, unctus a me spirito sancto. Nam Christus sanctus dei, &  
sanctus Israel dicitur in scripturis, ut psal. xv. Nec dabis sanctum tuum uidere  
corruptionē. Et psal. lxxx, Dñi est assumptio nřa, & sancti Israel, regis nostri,  
Sed hebreus (ut dixi) Montem sanctum meum, habet.

Est itaq; sensus: Illi noluerūt eū regnare super se: & aduersus me, & regē meū  
conuenerunt, uerum consilium meū stabit, & uoluntas mea fiet. Quis relisheret  
uultu meo: occiderūt illi eum. Ego regem cōstitui eum, Subduxerūt se e illi,  
Ego mōtem Zion sanctum subieci ei, & omnes terminos terræ. Ac sic irrisi &  
subsanati sunt, & inania meditati palam ostenduntur.

Pertinet iste uersus ad locum communem ambitionis & arrogātiae, quibus Locus communis  
hodie in Ecclesia Christi, nihil impudentius dominatur. Sic enim Heb. v. Apo  
stolus eum tractat. Nec quisq; sumit sibi honorem, nisi uocatus tanq; Aaron, <sup>nisi ambitionis</sup>  
nec Christus seipsum glorificauit, sed qui dixit ad eum: Filius meus es tu. Et  
iterum;